

## Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

## Riedel, Adolph Friedrich Berlin, 1857

XXXVIII. Nicolaus, Johann, Baruch und Christoph von Schneitlingen schenken zum Seelenheil ihres Vaters Johann dem Kloster Chorin 9 1/2 Hufen in Hertzsprung, am 8. April 1299.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-54745

XXXVIII. Nicolaus, Johann, Baruch und Chriftoph von Schneitlingen schenfen zum Seelenheil ihres Baters Johann bem Kloster Chorin 91/2 Hufen in Hertssprung, am 8. April 1299.

In nomine Domini amen. Que geruntur in tempore ne fimul dilabantur cum tempore vocibus testificantium et litterarum solent memoria perhennari. Notum sit igitur tam presentibus quam suturis ad quos presentes litere peruenerint uniuersis, quod nos Nicolaus, Johannes, Baruch et Christoferus, silii domini Johannis de Snetlinge, pro remedio anime patris nostri nouem mansos et dimidium mansum in villa Hertsprunch sitos cum consensu heredum nostrorum in testamento legauimus ecclesie in Chorin renunciantes unanimiter, omni juri nostro, quod actenus habuimus in eisdem, presentibus domino Brunone, Abbate, Nicolao, priore, Wilhelmo, Celerario, Johanne, Camerario, fratribus in Chorin, domino Godekino de Griphenberg, domino Albernno de Brunchow, domino Henrico Dunker militibus et aliis honestis viris quam pluribus side dignis. Vt autem hee nostra donatio rata et inconsulsa permaneat, nec ab alicujus in posterum valeat versutia prepediri, presens scriptum de hoc consectum patris nostri sigilli secimus munimine roborari. Acta sunt hec in Chorin, anno domini Mo. CCo. nonagesimo nono, IV. ydus Aprilis, Concurrente III., feria sexta ante dominicam in Ramis Palmarum.

Aus bem nach bem Original bes R. Geh. Staatsarchives berichtigten Abbrucke in Gerdens Cod. II, 439.

XXXIX. Die Markgrafen Otto und Conrad bekunden, daß die Stadt Oberberg und die Dorfschaft Niendorf dem Kloster Chorin zum Ersat für die Insel Creve die Mithütung auf allen ihren Heiben und Aeckern eingeräumt haben, am 9. October 1301.

Nos Otto et Conradus, dei gratia Brandenburgen (es et de Landesberg Marchiones, recognoscimus et tenore presentium protestamur, Quod Presectus, Consules et Scabini Ciuitatis Oderberg et ciues ville Nyendorp in nostra presentia constituti in recompensationem et in restaurum infule, que dicitur Creye, omnia prata sua, nemora, siluas, agros cultos et incultos, pascuales domino Abbati et fratribus in Chorin deo samulantibus communi consensu ad usus pecorum suorum eo modo, quo ipsi possident, contulerunt una cum ipsis in perpetuum possidendos. Vt igitur hec commutatio permaneat inconvulsa sigillorum nostrorum munimine presens scriptum secimus roborari. Testes sunt Anne de Marcreuendorp pincerna, Johannes de Sydow, Wernerus de Swanenberg, milites, Ludolphus, Aduocatus in Stolp et quam plures alii side digni. Datum in Grymniz, Anno domini Mo. CCCo. Io., die Dyonisi, per manus Domini Zacharie, nostre curie Notarii.

Ans bem nach bem Driginal bes R. Geh. Staatsarchives berichtigten Abbrucke in Gerkens Cod. II, 440.

mentie ex anollin hecende ex part ad dexiban bases perious redene experente la limitat saro do antes extractus est inter her reduca do<u>rato, es su</u>rderiosene faciona caustas inviol del ter as

ent adminis minimonimus tellibus voicus, quomin nomma indpregnatur, lyding tobiaronis, deminis cliesdone loci Armaildus, prier, Bruniuw, quomdem Abbes, Lohannes, Camerarus, dominus